



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119193

§. 99. Volumni Bandinelli Cardinalis obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67332)

Sæc. XVII. cietatis, Libros VIII. assertionum Theologicarum, Disputationes in primam secundæ D. Thomæ, Philosophiam Moralem, artem perfectionis Christianæ, fastos sacros, præter epistolas varias.

§. XCIX.

Volumnii Bandinelli Cardinalis obitus.

Cracon. l. c. **A**lter erat Volumnius Bandinellus Nobilis Senensis, qui in patria uxorem duxit, ex qua plures suscepit filios, atque in aula Magni Etruriæ Ducis cum summa nominis sui laude versatus aliquamdiu sese detinuit; Coniuge autem sua orbatus, ac Fabio Cilio Cardinali intima amicitia junctus, ab eodem in Papam electo Romanus accersitus est, ubi Pontificii cubiculi Præfectus, & Palatii Oeconomus, deinde Patriarcha Constantinopolitanus, ac demum Presbyter Cardinalis reuertebatur: Rexerat etiam per triennium Legatus Æmilianam Provinciam. Romam postea reversus, in pia humanarum, Divinarumque rerum contemplatione residuos vitæ dies transegit, tandem die quinta Junii vita functus. Erat Vir natura, consuetudine, & disciplina lenissimus, ac prudentia & religione singulari præstans.

§. C.